



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber VI. De Extrema-Vnctione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

DE SACRAMENTO EXTREMÆ-VNCTIONIS. LIBER SEXTVS.

SACRAMENTVM Extremæ-Vnctionis est, *Vnctio exterior facta cum oleo benedicto in sensibus corporis infirmi à Presbytero, sub præscripta forma verborum, ad auferendas reliquias peccatorum, & corroborandum infirmum contra omnia mala, quæ solent tempore mortis imminere.* De illa ergo Theologi tractent, nos ea, quæ sunt pro Praxi, scitu necessaria, sic breviter expeditimus.

CAPVT PRIMVM.

De Materia, & Forma Extremæ-Vnctionis.

§. I. Materia Remota.

In remota Materia est Oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Si verò scire cupis. An Oleum non benedictum sit apta materia ad valorem hujus Sacramenti (nam certò est gravior illicita) & an Summus Pontifex possit concedere hanc benedictionem simplici Sacerdoti. Lege Emanuelẽ Sà Genuin. v. *Extr. Vnct.* n. 6. qui concedit prius ex his: Lege item eundem Expurgatum *ibidem*, qui vtrumque concedere videtur. Sed, & lege Castropalaum de *Extr. Vnct. part. 2.* qui cum communiter vtrumque probabilis negat. Hoc oleum jam benedictum potest in vase stanneo conservari, ut habet Ritual. Rom. de *Confess.* verum Religiosiores Parochi vsurpant communiter argenteum.

OLEVM NON BENEDICTVM, quatenus addi potest benedicto.

1. In eodem Rituali Romano, sic habetur. Oleum benedictum, si fortè infra annum aliquo modo deficiat, ut sufficere, non possit videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo benedicto in mingri quantitate superfluo, reparari potest. Hæc Rituale. Quod dum dicit (modico) insinuat totum Oleum non benedictum, quod addi benedictio, siue simul, siue successivè potest, non posse excedere quantitatem Olei benedicti, imò debet esse in parva quantitate, ut contra nonnullos latè probat Quintan. de *extr. Vnct. sing. 1.* Lege item de hac missionẽ Dian. p. 1. r. 3. v. 15. Ratio autem hujus doctrinæ est, quia modicum illud non benedictum, quod additur Oleo benedicto non extrahit ab esse Olei benedicti.
2. Eadem autem ratio probat, Oleum Olivarum, cui addatur aliquod aliud genus Olei in parva quantitate v.g. Balsamum, Oleum Amygdalarum, vel simile, esse aptam materiam, quæ benedicatur in Oleum infirmorum, quia per parvam illam quantitatem non extrahitur à suo esse, sicut Vinum, si modica aqua immisceatur est apta materia consecrationis, &c. Ne igitur audias illos, qui nullam prorsus missionem Balsami in Oleo infirmorum admittunt.
3. Confirmatur Primo, nostra doctrina ex Sà Expurg. n. 16. *supra*, qui docet Oleum Rosaceum, vel Violaceum, si formam Olei amisit ob Violarum, vel Rosarum mistionem, non posse esse aptum ad Sacramentum hoc. Quasi dicat, si non amisit, aptum esse, at certè per modicam missionem non amittit.

5. Confirmatur Secundò, quia Suar. non putat d. 40. de *Sacr. sect. 1.* circa finem, & Henr. lib. 3. cap. 8. num. 2. esse sententiam improbabilem eorum, qui dicunt, olim Oleum Balsamo immixtum, vsui fuisse ad Vnctionem infirmorum: cum æquè pro Sacramento Confirmationis, atque pro Sacramento Extremæ Vnctionis benedicti ab Ecclesia fuerit consuetum. Profecto hujus consuetudinis non alia esse poterat ratio, nisi, quia modica solet esse illa mixtura Balsami, quæ propterea Oleum in suo esse, seu substantia relinquit. Vides? Confirmatio invalidè fieret ex solo Oleo Olivarum, ut supra docui, quia pro illa requiritur Chrisma, id est Oleum Balsamo mixtum, at Extrema Vnctio sit validè in solo Oleo, sed, & validè in Oleo cum modico Balsamo, quia hoc modicum non remouet Oleum ab esse Olei.

OLEVM INFIRMORVM VETVS.

6. Interrogabis. An liceat ad administrandam Extremam Vnctionem vti Oleo benedicto præcedentis anni?
7. Respondeo. Vrgente necessitate, licere: at ea non urgente, validam quidem fore administrationem, sed ita illicitam, ut periculum subest peccandi mortaliter. Scio, Emanuelẽ Sà Genuinum v. *Extr. Vnct.* n. 6. putare, adhiberi posse Oleum non eodem anno benedictum, cui sententiæ Sà *ibid.* expurgatus addit rationem; De solo enim (ait) Chrismate comburendo præceptum est C. *Fin. disp. 4. de Consecr.* Hæc ille; cujus rationis vis ea esse mihi videtur. Non præcipitur comburi Oleum Extremæ Vnctionis antiquum, ergo poterit servari; ergo ne sit otiosa, & frustranea conservatio, vti eo licet ad Sacramentum poterimus.
8. Huic sententiæ Emanuelis favet Leander *tract. 4. de Extr. Vnction. disp. 2. quest. 1. 1.* dicens, post longam consultationem cum multis Theologis, fuisse resolutum, vsurpantem prædictum Oleum vetus non peccare mortaliter.
9. Verùm Bonacina, Possévinus, Zambranus apud eundem Leand. sustinent, esse peccatum, vti Oleo alterius anni, licet non explicent, peccatum mortale sit, an veniale. Et quidem Leander *loc. cit.* ait, hos dicere, esse peccatum mortale, sed Castrop. de *Extr. Vnct. part. 3. n. 12.* ait, hos non explicare, an hoc peccatum mortale sit. Quinam ex his duobus Doctoribus verius referat, videat, qui otiosus est.
- Denique Castrop. *loc. cit.* sic habet. Cum gravis sit materia, vti Oleo veteris anni, si præceptum ad sit culpam gravem constituere debet. Hæc ille, sed non explicat, an hujusmodi præceptum ad sit.
- Ex his vides cur ego num. 7. dixi subesse periculum mortaliter peccandi, &c.
10. Sed, quando erit judicanda vrgens necessitas, ita ut omne

omne peccatum evitetur? Respondeo, quando timetur praepropera infirmi mors, ut item, quando de ea dubitatur, quia in dubio favendum est periclitanti: quod iudicium, vel Medicus, vel prudens Vir dabit, & quidem benignè potius, quam rigorosè. In his ergo eventibus, si tempus non suppetat conquerendi novum, vtere veteri sine scrupulo.

§. II. Materia Proxima.

1. Proximam materiam dant quinque sensuum unctioes ex prædicto Oleo benedicto. Non enim probo sententiam aliquorum, quos referunt (sed reiciunt Suarez *om. 4. in 3. p. disp. 40. sect. 2. num. 8.* & Bellarminus *lib. de Extrem. Vnct. cap. 10.* putantes, sufficere unctioem cuiuslibet partis corporis: sic enim non verificaretur huius Sacramenti forma, quæ, ut videbimus, sensus ipsos exprimit signatè.

2. Dant quinque sensuum nempe Oculorum, Aurium, Narium, Oris, Manuum, intellige, vel locorum his sensibus vicinorum, si forte quis aliquo ex his careat. Quare unctio renum, seu lumborum, & unctio pedum, non sunt de necessitate Sacramenti, imo in fœminis illa in renibus, propter decentiam, semper omittenda est, & etiam in viris, quando difficulter moveri situ possunt: Illa autem in pedibus, solum ibi est exhibenda, ubi fert consuetudo, ut vtrumque cum aliis notat Castrop. *l. 4. de Extr. Vnct. p. 3. num. 3.*

3. Cum autem dictum est (Oculorum, Aurium, &c.) non ita intelligo, quasi sentiam ex necessitate Sacramenti inungendos esse utrosque Oculos, utraq; Aures, &c. satis enim est ad valorem, unum Oculum, unam Aures, &c. inungi; unde in casu necessitatis, idest periculi praeproperæ mortis, vel similis, unus ex singulis est inungendus. Dico, in casu necessitatis. Nam, quia gravis hæc res semper visa est Ecclesiæ, erit mortale extra necessitatem utroque sensus non inungere.

4. Quamvis autem Castrop. *l. c. n. 7.* doceat, hoc Sacramentum nunquam esse incipiendum ministrari, si timeatur, non posse omnes quinque unctioes perfici, tamen hoc ipse idem limitat pro casu necessitatis, adductique Layman, aliosque. Nam, quando nullum (inquit) Sacramentum ægrotus suscepisset, timereturque decessurus ante finitas quinque unctioes, posset (addo ego, & deberet) sub conditione infirmus inungi in sensu magis obvio v.g. in Capite, pronuntiante Sacerdote formam exprimentem quinque sensus, sic. *Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, per auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti.* Neque hoc est contra Doctrinam *num. 1.* allatam ex Bellarmino, nunc enim cogor à necessitate providere infirmo, si forte possim &c.

5. Tandem moneo, unctioem singulorum sensuum tantam requiri, quanta sufficit, ut sit sensibilis, quamvis per unam gutturam, seu stillulam fiat, quia solum requiritur, ut verè possit dici sensus inunctus, ad quod quælibet sensibilis certo sufficit.

§. III. Forma Extremæ Vnctionis.

1. Forma huius Sacramenti sunt verba deprecatoria, & invalida essent, si viderentur indicativa, si viderentur imperativa. (quidquid aliqui pauci contradicant) quia in Orationis medium hoc Sacramentum instituit Christus Dominus, ut habetur Iacobi *5. orate super eum, &c.* Ea autem est huiusmodi per singulos sensus.

Ad Oculos. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

Ad Aures. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad Nares. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad Os, compressis labiis. Per istam Sanctam Vnctionem,

nam, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Ad Manuum. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Ad Pedes. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Ad Lumbos, seu Renes. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per lumborum delectionem deliquisti. Amen.

2. In prædicta forma puto probabilius, cum Hæreticis & aliis de Extr. Vnct. diff. 7. de necessitate, cum Hæreticis Sacramenti, non esse illud (Sanctam, nec illud per se) piissimam misericordiam, multo minus illud Sanctam, Nam cætera certum sit, esse de essentia, & omnia jacent (excipio illud, Amen) esse de præcepto, quod notat rectè Suarez *l. 4. in 3. p. d. 40. sect. 3.*

Tanquam verius item puto, essentialia esse, unctiois, suam formam distinctè repetere, nec lumbos quinque unctioibus celeriter peractis viciem facere omnes sensus complectentem exprimere, in hunc modum. *Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam suam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti.* Sicut igitur sub conditione id fieri poterit quando timor oioris: Et modo, §. 2. *num. 4.* significavi.

3. Invocatio explicita Trinitatis, seu ejus mentionis, nec necessaria est, ut vult Castrop. *l. 4. de Extr. Vnct. d. 2. p. 4. n. 5.* nec consuetudine.

Vnctiones item expedire per modum Crucis, quod vis fit consuetum, tamen non est, ut vult Castrop. *l. 4. de Extr. Vnct. d. 2. p. 4. n. 5.* nec de necessitate Sacramenti, de præcepto gravi, unde, præcepto contentum, & talis dolo, quod certe ratum est, id omittit peccatum mortale non erit.

4. Si necessitas urgeat, ut si infirmus timeretur decessurus sine hoc Sacramento, adhiberi possunt plures sacerdotes, quorum singuli suas unctioes peragant, & singuli sub suis formis; nullo enim modo potest alter vngere, & alter formam proferre. Legi. Suarez *l. c. disp. 4. sect. 2. & 3.* Coninch. *d. 19. d. 3. fin.* Hæreticis Extr. Vnct. diff. 1. 1.

5. Si Sacerdos non possit progredi ad perficiendum hoc Sacramentum, supplenda ab alio Sacerdote, quæ restabant, rectè cum Divo Thoma, alioque notat Sa de Extr. Vnct. *num. 10.*

§. IV. Modus, seu Solemnitas administrandi Extremam Vnctionem.

1. Pærochus, vel ejus jussu Sacerdos suppellectilem, & stola indutus (secus foret mortale, & potius vestes non suppetant, omitti debet Extremæ Vnctionis collationem, asserit Suarez *d. 1. 4. si d. 2. num. 2.* de quoquam debere omitti, docet Quintana, de Extr. Vnct. *l. 5. n. 4.* Cum quo sentio, quia in hoc Sacramento vis judicandus est defectus vestium, quare illa vestimenta decumbentis veilitati debent) Sacerdos inquit sic indutus, atque associatus Clerico (potest uti Layman, potest nullum advocare, si in promptu sit nequaquam sit, ut notat Layman *lib. 5. tr. 8. cap. 8. n. 1.* in gradibus locum ægroti, eundemque, confitenti se sacramento, volenti, libenter audit, tum preces antecedentes ad Sacramentum devotè fundit, quas preces, non possit peccato mortali omittere, nisi urgente necessitate, per Quintanad. & Bonacina. Addo libens, & nisi ex parte parvitas materię, ut si ex illis modica pars omittatur, ad modum Crucis, quam autem Crucis efformationem non esse sub præcepto modo docuimus, perindeque quod libet Vnctione, ipse idem inuncta loca tergit gressu, vel stupa, vel lana, vel simili, illa mutando ad singulos

CAPVT II.

De subiecto hujus Sacramenti.

1. **I**S qui validè & licitè potest Extremam-Vnctionem recipere, est Homo Viator Baptizatus, Vfus rationis compos; In gratia existens, seu putans in eadem existere; graviter infirmus, & denique, Qui in eodem periculo hoc idem Sacramentum non suscepit. Illustremus singula.

§. I. Viator.

2. **N**on ergo mortuus hujus est Sacramenti capax, Ei autem, de quo dubitatur, an expiraverit, non nisi sub conditione dandum est. Immo supra c. 1. §. 2. n. 4. dixi, ab eo conferendo abstinendum esse si pravedatur infirmus esse moriturus, antequam quinque vnctiones perficiantur, nec sit casus necessitatis, iuxta ibidem dicta.

§. II. Baptizatus.

3. **C**atechumenus, & multo magis infidelis Extremam-Vnctionis capax non est, quia Baptismus re ipsa susceptus, qui est Sacramentorum ianua, necessariò præcedere ad illi m. debet. Si autem accidat, aliquem graviter infirmum Baptizari in fine vitæ, statim à Baptismo, extremæ vngi poterit.

4. Quamvis autem ex congruentia soleat dicto baptizato in fine vitæ porrigi Viaticum prius, quam ei conferatur Extrema Vnctio, tamen cum hæc sint Sacramenta, quorum vnum ab alio non dependet, necesse non est, sub tanto rigore ejusmodi ordinem custodire. Ita Suarez de Extrem. Vnct. d. 44. sect. 1. n. 8.

§. III. Vfus rationis Compos.

1. **N**on quidem, quod actu ratione utatur, sed quod vsum rationis habuerit. Vnde licet Infantes perpetuoque amentè invalidè inungantur; Pueri tamen segetrennes, cum supponantur vsum rationis obtinuisse, validè, & licitè vnguntur: Non est autem necesse; ut mortaliter peccare potuerint, cum sit satis, si potuerint venialiter: Quare non sunt laudandi Episcopi, qui requirunt, puerum excessisse pubertatem: Et quamvis iuxta aliquorum probabilem sententiam, his septem annorum Pueris non liceat, dare Viaticum, pro quo suscipiendo expectandus est decimus circiter annus, tamen licebit, debeatque dari Extrema Vnctio; quia hæc sunt Sacramento disparata & Extrema Vnctio non requirit tantam discretionem, quantam illorum opinio requirit ad sumendam Eucharistiam. Dixi (iuxta aliquorum sententiam) nam ego sustinui in opuscul. meth. comm. c. §. 8. num. 14. posse, & debere, etiam his dari Viaticum.

2. An autem facis sit ad validam, licitamque vnctionem, solum posse peccare, saltem venialiter, unde licitum sit, siue pueris septennibus, siue aliis illam conferre immediatè post baptismum, quando moraliter certum est, nondum eos, ne venialiter quidem peccasse, duplex est sententia: affirmat Suarez loc. cit. d. 42. n. 8. alique innumeri, quia solum requirunt potentiam peccandi. Negat Ioan. Sanchez apud Leand. disp. 3. de Extrem. Vnct. q. 5. Ioan. Sanch. in select. d. 27. n. 18. & 19. quem sequitur Leand. l. cit. cum aliis, quia sic non verificaretur forma hujus Sacramenti, quæ dicit, Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti, &c.

3. Vitæque sententia, saltem propter auctoritatem Doctorum, est probabilis: vnde fit, ut probabile item non sit Beatissimæ Virgini ministratum fuisse hoc Sacramentum.

vnctionis, quæ in vase mundo teponit, ad ea comburenda, combustionis cineres in Sacramentum proiecturus. Denique recitat Orationes consequentes ad Sacram Vnctionem, sub eodem peccati mortalis opere, (nisi necessitas excuset, vel parva materia) sicut diximus de similibus Orationibus antecedentibus.

2. Hoc Sacramentum ministrare sine lumine, non esse peccatum, bonum est scire, ut rectè notat Quintanadu. de Extrem. Vnct. §. 5. n. 4.

3. Superfunt tres quæstionculæ. Prima, quoniam digito hæc vnctiones sunt expeditæ?

Secunda, quæ pars manus ejus, qui non est Sacerdos est inungenda exteriori, an interior, quam volam appellamus? ejus, inquam, qui non est Sacerdos, nam omnes scimus Rituale Romanum reformatum præscribere, ut Sacerdotes (qui iam fuerunt in vola manus sacro Chrismate vncti in exteriori manu inungantur, dum eis Extremæ Vnctionis Sacramento ministrantur.

Tertia, quid de inversione Ordinis vnctionum?

4. Respondeo, si de valore Sacramenti loquamur; Primo, quocunque digito ejusmodi Sacra Vnctio exhibetur; Secundo quæcunque pars manus inungatur; Tercio, à quocunque sensu mutato Ordine, incipiat, validum erit Sacramentum, quia cum sic iam adfit vnctio à Christo instituta, adest iam, quod est de substantia: neque enim credibile sit Christum hominum voluisse, valorem tanti Sacramenti à circumstantiis tam levibus dependere.

5. Si vero loquamur de licito usu, puto non esse saltem mortale, quocunque digito exhibere vnctionem, vel exteriori manu non Sacerdotis inungere, quia hæc duo levia sunt.

6. At invertere ordinem Vnctionum, ita ut prius vngantur aures, quam oculi, &c. esse grave peccatum docet Castropalaus de Extrem. Vnct. p. 3. n. 11. his verbis, *Grave est peccatum, vixit contra Ecclesiæ consuetudinem, ordinem invertere.* (Hoc est, si prius ad aures, deinde in oculis, &c. Vnctio fieret) ut ex communi docet Suarez tom. 4. in p. d. 4. sect. 2. fine, Emmanuel Sà V. Extrema Vnctio, num. 12. Bonacina aliis relatis d. 7. de Sacramentis quæst. unica p. 5. n. 20.

7. Perfecto animadverto, etiam doctissimos viros, labi interdum in adducendis Authotibus, siue ob Amantissimum, siue ob Typographorum incuriam; Legi locum Suarez à Castrop. citatum, ubi, non, (grave,) sed (aliquid) esse peccatum dicitur: At illud (aliquid) satis minus æquum illud (grave) Legi Emmanuel. Sà, tum g. nuium, tum expurgatum in editione Romana, qui nec, n. 12. citatus à Castrop. nec in toto verbo Extrem. Vnctio hujus rei meminit. Legi Bonac. qui loco ab eodem citato, solum docet, Ordinem in vngendis quinque sensibus, non esse necessarium, necessitate Sacramenti, quia mutato ordine adhuc completa manet significatio, at de necessitate præcepti, ne verbum quidem.

8. Ego, si me consulis, puto non esse mortale; Excepe semper contemptum, & scandalum, quæ certè raro hic contingere possunt. Ratio est, quia, ut in simili dictum est sæpius, hæc non est tanta variatio, ut mortalem culpam parere possit. Merito ergo dixit Suarez esse aliquod peccatum, id est veniale, & fortasse citatus Castropalaus non discedit ab hac sententia. Cum enim illud (grave) non raro à Doctoribus ut Sanch. tom. 1. in d. 1. §. 6. num. 22. & 14. de matr. d. 23. n. 9. circa fin. Idem Castrop. tom. 3. d. 2. de voto p. 17. n. 6. fine; usurpetur pro gravi in genere peccati venialis, possumus opinari, Doctorum. voluisse duntaxat notare, peccatum hoc non fore ex peccatis venialibus levibus, sed in genere venialium, esse ex gravibus.

Si dubitetur, an puer vsu rationis polleat & poterit, & debeat ecclesiasticè unctioni, sed sub conditione. Ita Ioan. Sanch. in *ses. d. 17. n. 17.* Leandr. de *Ext. Vnct. d. 3. q. 3.* Diana 3. *p. tract. 4. ref. 169.* Addens negotia, in quibus nihil amittendum timetur, sed potius lucrum speratur, audacter esse tractanda.

Accedamus nunc ad Phræneticos. Qui post usum rationis in Phrænesim, vel in amentiam inciderunt, hoc Sacramento frui posse, certum est. Nec enim opus, ut expressè infirmus illud dum sanæ esset mentis, petierit; cum sufficiat, vel aliquod dedisse petitionis signum, vel solum esse Fidelem de quo præsumatur velle, saltem in mortis articulo ritu Christiano decedere, & de quo non constat, esse in mortali, modo mox explicando §. *seq. n. 2.*

Cavendum tamen semper est, ne, quoad Phræneticos, sit periculum irreverentiæ, eo enim existente, non erunt vngendi.

§. IV. In gratia existens, seu putans, &c.

1. **C**um hoc Sacramentum sit Vivorum, ut explicuimus, in *Opusc. meth. comm. c. 1. §. 1. in Eto lib. 1. de Sacram. in gen. sup. c. 3. §. 2. n. 4.* & videri potest Coninch. *disp. 19. de Ext. Vnct. a. num. 19.* requirit statum gratiæ in suscipiente. Quod si quis bona fide putans, se esse in eo statu, tamen re vera sit in mortali, hoc peculiare habet hoc Sacramentum, ut in omni sententia cum attritione illud mortale remittat; nam propterea dicitur, auferre reliquias peccatorum, id quod pluribus explicat Theologi.

2. Huc ergo pertinent peccatores, de quibus notat, Primo, Coninch. *d. 19. de Sacram. dub. 6. num. 19.* citans Suar. *d. 42. de Extrem. Vnct. sect. 1. n. 10.* si post peccatum commissum, v. g. post duellum, tempus superfuit, quo vulneratus poenitere potuit, præsumendum esse, saltem per attritionem poenituisse, nisi contrarium clarè constet, quod clarè constat, difficile est. Quare, si sit à sensibus abalienatus, unde non possit, nec conteri nec, Sacramentalem Absolutionem cum attritione suscipere, erit regulariter per Extremam-Vnctionem rescindendus, quia regulariter præsumitur attritus & non potest de statu actuali peccati constare. Vide omnino, quæ dixi in *Opusc. meth. comm. c. 5. §. 9.*

3. Notat Secundo Sanch. *Verb. Extrem. Vnct. n. 1.* suscipientem hoc Sacramentum, non debere esse excommunicatum, nam propterea, si sit, vel si timeatur esse ejusmodi, erit prius, siue absolute, siue sub conditione, si indiger, absolvendus; pro eo enim articulo quilibet Sacerdos hanc absolvendi potestatem habet, eo modo, & cum iis oneribus, quæ supra de *Sacram. Penit. tract. de cas. reser. c. 12. §. 4.* pluribus explicuimus.

4. Dices. Si suscepturus hoc Sacramentum debet existere in gratia, ut dictum est, n. 1. quo modo ad ministrandum illud infirmo alienato à sensibus, de quo solum nunc est locutio, satis est mihi ministranti, si illum attritum, dumtaxat esse præsumam?

5. Respondeo, hunc nodum solvit Suarez, 3. *p. tom. 4. d. 42. de Extrem. Vnct. sect. 1. n. 10.* & ego indicavi, dum eodem num. 1. dixi, (vel bona fide putans se esse in gratia. Cum enim dictus Suarez sibi sic objecisset, *Fidelis non potest licitè accipere hoc Sacramentum cum sola attritione cognita: ergo, nec Minister potest licitè dare;* Cum inquam, sic objecisset, ita respondet, *Vtique potest, quia si conferat, Sacramentum non carebit effectu suo. Diximus enim supra, Sacramentum hoc facere de attrito contritum, quoties suscipiens non peccat de novo in ejus susceptione. Sed ille recipiens de quo loquimur, non peccat de novo, nam ratione talis status in quo est à sensibus destitutus, est incapax novi peccati, & alius supponitur attritus, quo pacto absulit obicem gratiæ, ergo sit contritus virtute hujus Sacramenti, recipitque gratiam, & consequenter Minister illi hoc Sacramentum conferre digne poterit.* Hæc Suarez.

§. V. Infirmus.

1. **E**iusmodi sunt omnes ii, qui & vulnera quibusdam aliis accedat, qui volunt, ut præter vulnus, quod aliis accedat, qui ex morfu Vipere, vel rabide Canis, qui ex humorum inordinatione, qui ex morbo, qui ex nate, ut etiam mulieres, quæ ex prægnatione, vel partu, esse, iuxta prudentis, & quidem benignum, iudicium dicantur, possunt Extremam-Vnctionem suscipere, si in lecto non iaceant.

2. At vero Qui mortis supplicio sunt afflicti, periculosam navigationem aggressi, qui ad præparandum vis atrox præparantur, nec licet, nec valet eamdem Vnctionem suscipere, quia ut sic non sunt firmi.

Immo Suarez, *dicta d. 42. sect. 2. n. 4.* sustinet, non esse illicitam, sed invalidam esse collationem hujus Sacramenti factam Infirmis, qui prudenti iudicio non præparantur, quod certe probabile est: quia hoc Sacramentum institutum est pro fine vitæ. Sed est etiam probabiliter validam, & licitam, ut sustinet Coninch. *l. 1. p. 1.* quia Tridentinum *sess. 14. cap. 3.* dicit, hoc Sacramentum conferendum esse Infirmis, præsertim periculo decessus ventibus. Notandum enim, est illud (*præsertim*) quod indicat posse, quoad valorem etiam aliis Infirmis.

3. Quid si sit dubium, an Infirmus sit in articulo? Respondeo, etiam in prædicta sententia Sanch. nitretur, (ait Capeavilla) de ministr. *Vnct. d. 1. n. 1.* huic Extrema-Vnctio. Sed expectetur (inquit Calpalau) de *Ext. Vnct. d. 1. n. 1. p. 6. numero 11.* decessus periculo. Vtraque sententia est probabilis, præprior magis est animæ favens, adeoque libentius accipienda.

4. Et quidem adverte, etiam in prædicta sententia, (quam certe esse in praxi sequendam, & noniam Coninch, ipse vsus Fidelium communis ostendit) periculum esse expectandum, non vero vitæ desperationem. Nam concors est Theologorum vox, Extremam-Vnctionem esse conferendam, quando sensus, & recipiens vigent, ut nimirum reverenter, & cum reverentia dispositione recipiatur. In quo tamen rigore loquitur Catechismus, *p. 2. de Vnct. c. 6. n. 9.* *Gravissimum, inquit, peccatum, qui illud tempus agendi, & recipiendi solent cum jam omni salutis spe amissa, vitæ & sensus incipiat.*

5. Eiusmodi dictum lenit Quintanaduen, de *Ext. Vnct. sing. 8. n. 3.* dicens ad mortalem culpam incedendam, requirit, ut tanta dilatio, dedita opera, & urgentia fiat.

6. Adhuc mitius Suarez *l. c. d. 42. sect. 1. n. 7.* Mitius (ait) curare debent, ut hoc Sacramentum deus habundum sunt sui compotes. An vero hoc ita sit necessarium, ut eadem sub præceptum, Authores nihil dicant, nuper ut facile hanc obligationem imponam, saltem sub gravi? Hactenus Suarez, lege tamen exceptionem mox adhibendam.

7. Hæc quoad Ministros: Sed quid de ipso infirmo obligaturne sub mortali ad hoc Sacramentum accipiendum?

Respondeo, communem esse opinionem solum dungi sub veniali, quia hoc non est Sacramentum necessarium: Excipe, Primo, quando ex contemptu contritus cum gravi scandalo, quod certe non adeit, solum est quod infirmus requisitus velit differre ad tempus, modius, sed adesset, inquit Coninch. *d. 19. dub. 10. c. 1.* & Layman. *tract. 8. de Ext. Vnct. cap. 7. n. 1.* quando requisitus ex nulla causa nollit, unde altissime concipere illum esse hæreticum, vel ob hominiam auctoritatem ad vilipendendum hoc Sacramentum mori possent. Denique Hurt. de *Ext. Vnct. diff. 1. 1.* locutionem esse, quod sequatur ejusmodi grave scandalum, mera omissione.

8. Excipe Secundo, quando aliud Sacramentum infirmus non suscepit, nec contritionem elicit, nam tunc videtur ex obligatione Charitatis ad se ipsum, teneri ad suscipiendam Extremam-Vnctionem, ut si sit forte in peccato sibi non cognito, gratiam cum attritione acquirit, iustitque decedat.

9. Atque id, quod in hac secunda exceptione dictum est, debere etiam servari à Ministris, & Assistentibus circa infirmum, operæ pretium est, advertere.

10. Denique Prælati, & Parochi, sub quam obligatione tenentur ad hoc Sacramentum suis ovibus administrandum, dicam cap. quarto, num. quinto.

§. VI. Quando reiterari potest Extrema-Vnctio.

1. Quamvis Extrema-Vnctio Characterem non imprimat, ut supponit Tridentinum sess. 7. cap. 9. de Sacram. gen. ex Eugenii Quarti definitione, nihilominus, eodem periculo mortis perseverante, iterari, nec licet, nec valide potest, quia semel habita, sufficit pro eodem periculo, ut ex usu Ecclesiæ constat antiquissimo. At si novum superveniat periculum, licet infirmitas non cessaverit, valide poterit, & licet, quia tunc censetur alia nova infirmitas, atque adeo novo remedio, novoque indigens auxilio.

2. Hæc sunt certa, & omnibus obvia. Verum gravis difficultas apud Doctores agitur, quoniam modo hoc novum periculum cognosci possit? Quod tamen ex frequentibus eorumdem Doctorum explicationibus habebis, spero, manifestè.

3. Hurtadus de Extr. Vnct. diff. 10. sine, sic loquitur: *Vino novum adst periculum, non requiritur, maius temporis intervallum, quam quod requiritur, ut infirmus dicatur prius periculum evasisse, seu fuisse extra illud.*

4. Bonacina d. 8. de Extr. Vnct. p. 6. n. 4. sic, Si status, inquit, infirmitatis mutetur, potest iterari Extrema-Vnctio, itaque, si existens in periculo mortis infirmus percipit Extremam-Vnctionem, deinde per aliquos dies evasit mortis periculum, ut si, per mensem, convalescit à periculo mortis, potest iterum recipere hoc Sacramentum, si iterum incidat in grave ejusdem mortis periculum.

5. Suarez tom. 4. in 3. p. d. 40. sect. 4. num. 7. cum dixisset, frivolum esse, ad iterandam Extremam-Vnctionem, vnius anni interruptione postulare, vel vnius mensis, sic addit, Ideo hæc regula non est admodum certa, ideoque prudenti arbitrio hoc relinquendum est, ut nimirum, considerata diuturnitate aggritudinis, & statu ejus, & interruptionis eorum inter se, practica, & communi estimatione, illa censeantur diversa pericula, & status ita diverfi, ut perinde se habeant, ac si essent morbi omnino distincti.

6. Corninch. d. 19. de Extr. Vnct. d. 8. n. 26. ita docent, Intervallum inter periculum transactum & periculum novum in eadem infirmitate, debet esse notabile, idest tantum, ut verumque periculum, non solum secundum apparentiam, & effectus, sed in re ipsa possit dici distinctum, ita ut ager, medio tempore, prudenti iudicio, possit dici fuisse, extra periculum mortis, quoad illum morbum attinet.

7. Denique Rituale Romanum his verbis breviter, & discretè propositam rem, sic expedit. *In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis incidit.*

CAPUT III.

De Ministro hujus Sacramenti.

§. I. Minister est Sacerdos.

1. Pro valore, est quilibet simplex Sacerdos, licet excommunicatus, vel degradatus. Pro licito autem, debet esse Sacerdos non excommunicatus, nec alia innotatus Censura, & Iurisdictionem habens in Pars I. I.

infirmum, qualis est Prælati pro suis ovibus, ut item est Parochus pro suis, vel alius Sacerdos ex alterutrius commissione tacita, vel expressa. Quare in necessitate quilibet Sacerdos nulla Censura ligatus licet conferat, quia potest præsumere licentiam Parochi, vel Prælati; cum in his actionibus, quæ non ut valide, sed ut licet fiant, dependent à Superiore, non requiratur, nisi probabilis ejusdem consensus: ut ait Castropalans, de Extr. Vnct. p. 7. num. 4. sic disponente.

2. Si sine vlla licentia Sacerdos alterum vngeret, saltem sapè id faciendo, videtur res gravis, atque adeo culpa mortalis; vlturpat enim iurisdictionem alterius. Non ita si semel; aut iterum; sic enim leve quid est, ut in simili alibi memini. In opus. de commun. c. 5. §. 4. n. 8. me declarasse.

3. An Sacerdos excommunicatus licet ex necessitate inungat? colligi ex ibidem dictis potest.

§. II. Sub qua obligatione.

1. Parochus, & Prælati tenentur ex iustitia, Lege Laym. lib. 5. tract. 2. c. 7. num. 3. Dianam p. 3. tract. 4. resol. 170. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 44. sect. 3. ex obligatione sui officii sub mortali (alii enim Sacerdotes, solum ex Charitate) hoc Sacramentum conferre suis ovibus, si expressè, si tacitè petentibus: quam tacitam petitionem ego interpretor adesse, quoties infirmus graviter decumbit, nec Sacerdotem excludit, immò si excludat, debet à Parocho persuaderi, &c. Licet enim infirmus, modo supradicto, non obligetur, saltem regulariter, sub mortali Extremam-Vnctionem suscipere, qui potest suo iuri cedere, non tamen ita Parochus, qui ut Pastor debet in illo gravi articulo suis ovibus de spiritualibus remediis providere.

2. Pro tempore pestis videantur Castrop. l. c. p. 8. n. 5. & multi quos citat Leander de Extr. Vnct. d. 1. q. 8. & 9. Adde Suar. tom. 4. d. 44. sect. 3. num. 20. Nobis in præsentia satis sit duo notare. Primò, Docent non pauci, ut Dian. Villalob. Amicus. Franc. De Lugo Suar. alique cum Medul. Theolog. de Extr. Vnct. cap. 1. n. 1. si peste infecti, sint confessi, vnde censentur esse in gratia, posse Extremam-Vnctionem absolutè omitti.

3. Secundo; Docent Tannerus, allatus à Medulla Theol. l. c. Suar. de Extr. Vnct. d. 44. sect. 3. num. 20. alique, non teneri Parochum, quando, adhibitis remediis adhuc subest periculum suæ vitæ, hoc Sacramentum portigere, sed addit Suarez loc. cit. Parochum obligari, adhibere convenientia remedia, quibus possit sine morali periculo, Extremam-Vnctionem ministrare. Lege ipsum, qui hæc remedia enumerat.

§. III. Religiosi, an sint hujusmodi Sacramenti Ministri.

1. Contra Religiosos conferentes hoc Sacramentum fulminatur ipso facto excommunicatio Pontifici reservata in Clementina, prima de Privilegiis. Intellige autem, quando sine licentia tacita vel expressa Parochi, vel sine Pontificis privilegio id faciant. Quibus tamen ipsi ex privilegio conferre Extremam-Vnctionem possunt, habes latè apud Quintanadu. l. mox. tit. 1. ex quo duo seligo duntaxat.

2. Primò. Si Novitius Sacerdos conferat alicui Extremam-Vnctionem sine licentia Parochi, peccat quidem modo dicto §. 1. n. 3. at non afficitur hac excommunicatione. Ita Suarez tom. 5. in 3. p. d. 22. de Cens. sect. 4. num. 3. (quidquid dicat Navarrus in man. cap. 22. num. 102. Sylu. V. excomm. 7. num. 32. apud Suar. citatum,) nam hæc excommunicatio est contra Religiosos, Novitii autem, in odiosis, Religiosorum nomine, non veniunt.

3. Secundo. In dicta Clementina non est sermo de Religioso ministrante hoc Sacramentum, alteri Religioso, qui est exemptus à Iurisdictione Parochi.

I 2 Ratio

Ratio est, quia dictæ prohibitionis totus finis est, ne præiudicium aliquod oriatur Parochis, quod neutiquam fit, si Religiosus Religiosum inungat, in quos nulla Parochus iurisdictione gaudet.

§. IV. De Adiutore Ministrantis hoc Sacramentum.

1. **A**djutor, seu respondens Sacerdoti hoc Sacramentum Ministranti, indicavi supra, solere esse Clericum, immò sufficere etiam Laicum, & aliquando posse nullum adesse. Inquiri nunc præterea, an liceat esse Fœminam?

2. Respondeo, nequaquam licere: nec scilicet, respondendo ad preces, nec multo magis, tergendò sensus infirmi vincti.

3. Quid si deficient viri omnes? Adhuc sentio cum Quintanaducina de Extr. Vnct. sing. 6. potius Sacerdotem sibi debere respondere, & eundem ipsum abstergere unctiones, quam Fœminam adhibere. Nam ex una parte, ejusmodi Adiutorem adesse, non est necessarium in hac functione, & ex alia Fœminæ in Sacris Canonibus semper arcetur ab immediatis huius ministeriis Sacramentorum.

CAPVT VIII.

Quo tempore ministrari potest Extrema-Vnctio.

1. **Q**uocunque hora, quocunque tempore, quocunque die: non enim est, unde coarctatum

sit ejusmodi tempus.

2. Solum in tempore Interdicti prohibetur idem nimum in Sacro-textu cap. Quod in te de personis remiss.

3. Excipi tamén ab hac prohibitione debent, Pœnitentia, quibus pro illo tempore concessum est privilegium (quod an, & quatenus concedatur à Bulla Cœlestina citur in tract. de interdico. Interim lege à Cruciatore Bulla Crue. cap. 5. dub. 5. num. 1. ubi etiam dicitur, quod Religiosos.)

4. Excipe Secundo, quando moriturus Sacramentum Pœnitentiæ recipere non potuit; nam in hoc casu extrema-Vnctio est medium valde probabiliter periculum ad animæ infirmi salutem, unde illam non prohibet Ecclesia, sicut, nec tunc prohibet collationem sacramenti Pœnitentiæ.

5. Quoniam vero acquiri primam gratiam, & peccatum oblitum remitti Fidei baptizato per se ipsum nem aliorum Sacramentorum bona fide, & contritione factam, est solum probabile; Ita Sicut Extrem. Vnct. disp. 41. scilicet. 1. num. 19. per Pœnitentiam vero, & Extremam-Vnctionem sit mortaliter committitur Suar. ibidem, ideo puto non esse alienum ab Ecclesiastice potuit recipere Sacramentum Pœnitentiæ, (et si non perit aliquod aliud Sacramentum, etiam Eucharistiam posse Vnctionem Extremam tunc suscipere, illique ad eundem eam ministrari, ut scilicet certius ejus collationem fulatur.

DE SACRAMENTO ORDINIS. LIBER SEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

§. I. Quid sit Ordo, & Quotuplex.

ORDO, seu ordinatio est Signum sensibile, quo spiritualis potestas cum impressione Characteris tribuitur viro baptizato circa Eucharistiam, qua conficiendam, qua ministrandam.

2. Signatè autem dicimus (circa Eucharistiam) omnes enim Ordines relationem, seu habitudinem habent, sive remotè, sive proximè ad unicum Eucharistiæ sacrificium, vel conficiendum, vel ministrandum Nam propterea licet illi plures sint, tamen, quia omnes habent prædictam moralem unitatem per eandem relationem ad Eucharistiam, unum sunt Sacramentum, lege Bellarminum lib. 1. de Ordine c. 8. & Marchinum de Ordine p. 1. cap. 15.

3. Ordines autem esse septem, idest quatuor Minores, Ostiariatum, Lectoratum, Exorcizatum, Acholitatum, tres verò Maiores, nimirum Subdiaconatum, seu Hypodiaconatum, Diaconatum, & Sacerdotium, vel pueri non ignorant, quorum officia dicam inferius.

4. Primam tonsuram, & Cardinalatam non esse Ordines, Episcopatum verò non esse diversum Ordinem à Sacerdotio, sed ejus extensionem quandam, qua Episcopodatur potestas ordinandi Sacerdotes, Episcopos,

& denique Archiepiscopatum, & Papatum non esse Ordines diversos ab Episcopatu, seu à dicta extensione Sacerdotis, satis sit innuere: legantur Doctores plures Bellar. loc. cit. 50. Leand. de Ord. disp. 1. 2. 3. & 10. aliorum, & quasi. 14. 15. 17. Sanc. in cons. lib. 7. cap. 10. dub. 3. Castrop. de Ord. p. 3. num. 3. Quintanad. de Ord. sing. 4. num. 5.

5. Solum nota, ex eo, quod Episcopatus est ex officio Sacerdotis; sequi, nulliter, & invalide ordinari Episcopum, eum, qui Sacerdos non est, quia Episcopatus prærequirit essentialiter Sacerdotium, quod non est in aliis ordinibus. Nam quamvis illicite quis tonsureretur v. g. Sacerdotio, si præcedentibus Ordinibus careeret, valide tamen initiaretur, quia Sacerdotium non essentialiter, sed solum ex præcepto, illos alios ordines supponit.

§. II. An omnes Ordines sint Sacramenta.

1. **M**inores quatuor, esse Ordines, certum est, quia tales pronuntiat Tridentinum sess. 23. can. 2. de Sacram. Ordin. & merito, quia faciunt gradum, seu ordinem in Ecclesia supra tonsuram insignitos, quæ tonsura est ianua, seu fundamentum Ordinum, non Ordo.

2. An vero Minorum horum Ordinum collationes sint Sacramenta, dissentiunt Doctores. Vasquez tom. 3. in 3. p. d. 257. Aliique quos citat Leand. de Ord. d. 1. p. 6. in 3. p. d. 257. Alique quos citat Sanchez in cons. lib. 7. cap. 1. d. 1. Leand. l. c. quasi. 6. Averla de Ord. quasi. 1. scilicet. 1. Castrop. tom. 4.